l. florus
Dialogus luciani cu[m] recomendacio-
ne francisci petrarche
Dialogus luciani q[ui] inscribit[ur] caron
Judiciu[m] iouis de montefort[e] et
Historia duo[rum] amantiu[m] in Caliu
Oro marci tullij ciceronis
p[ro] marco marcello ad p[atres] c[onscriptos]
Oro inuectiua con[tra] catilina[m]
Basilius magnus
Ep[isto]le magni Turci
Latinu[m] ydeoma p[ro] religiosis
Elegancie latinitatis augustini p[atricii]
una cu[m] mo[do] epistolari
Ep[isto]le angeli maurus



L. Annei flori Epithoma hoc emendatum
fridianus pighinutius lucensis Et Joa[nnes] Wit-
tigis ere imprimendum curaverunt. Quod
arte sua Conradus gallicus In oppido lip-
tzensi perficit xii. Calend. Junii Anno
salutis M°. CCCC° lxxxseptimo 1487

[redacted]

Anoi. Ju. U. n.
Univers
Crato:

Iusteius libelli est possessor nicolaus Lumpkowsky et est emptus pro novem grossos.

Apud magistrum Bromyrsky

Jhus Maria Anna

6

Epistole mediocres ma
gistri Pauli niauis

Paulus Niavis arcium magister Venerando viro Andree hubner archidiacono Tobnēsi cōmēdatori qꝫ et plebano in plawen. dño et fautori suo impmis colendo S. P. D.

Pollicitus sum vir honorande in epistolis / quibus a breuitate nomen inditum / mediocres velle in medium afferre ! in quibus et verborum copia maior: et sentenciarum vis alcior habeatur ! vt plane incipientes cognoscant omnem scribendi formam. id tamen vt apercius depromā tum erit: cum longiores perscribemus ! que interdum / aut paruum habent: aut nullū ab oracionibus discrimen ! propter res arduas in se claudentes filum ipsis asscire laxiorem necesse est. de quibus suo loco vtilitateqꝫ earum comode disputabimus In presenciarum vero id erit negocij de his loqui epistolis que longius aliquanto pgresse quam precedentes ! minus tamen prolixitatem attingūt cuiusmodi sunt quales sepenumero ad familiares propinquos qꝫ mittimus. quas vsitatiores iam reor ac magis conferre discipulis: quippe hunc studiosissimus quisqꝫ animum prese fert vt cupide amicis scribit et societate coniunctis siquando nequit coram eosdem alloqui / fortunam prosperam siqua gaudet: vel contrarios euentus incomodo affectus. mediocritas illa explicat moderaciꝰ ! ne difficilis vel scribenti fiat labor: vel nascatur legenti tedium. verum priores ceu exempla sunt / iunioribus ad cōficiendas epistolas tradita. et conducere sumus arbitrati eo pacto quo quintilianus vir disertissimus declamacionum genera primarum etatum ingenijs tradidit ! e quibus nemine dissenciente magnum profectum: et prope incredibilē hauserūt omnes fere adolescenciores. itaqꝫ ratisumus / nostro

euo / quo res oīs minor est. minorq̧ vigilancia feruorq̧ ad di
sciplinas atq̧ erat cum studium humanitatis tanq̄ deus ali
quis de celo / demissus colebat / succintas perficere; et tam bre
ues vt si breuiores forent litteratū nomē amitterēt. ea nos indu
xit opinio / quasi debeat breuitas illa / ociosos iuuenes tanq̄
delectacio quedam ad legendum prouocare. Tum comparata
consuetudine titillat animum scribendi preceptio. et profutu-
rum videtur famamq̧ augere amicissimos exquisitis verbis:
sapientibusq̧ sentencijs salutare. tunc conducūt presentes epis
tole. quas in negocijs quibusdā gerendis confecimus ac mi-
simus ad eos quoq̧ quibns cum nobis erat rerum agendaruz
tractacio. persuasi ea racione vt cū viderint (qui nostra sequnt
vestigia) nos eum obseruasse vsum ipsi et pariter obseruarēt.
Non enim parum vtilitas habet in hoc genere imitacio / q̄m-
q̄m per se sufficiens non sit et omnis declamacio minor actiōe
et fictio imperfectior eo a quo mutuata. q̄mobrem ad fastigiū
scādere volentibus arte vtantur / de qua in elegancijs succincte
determinatuz est. hec autem omnia tuo grauissimo: optimoq̧
indicio subiacere volumus. vale.)

Epistola narrans beatum Augustinum Tullium legisse

Vod beatus augustinus Tullium legit: ac inde hau
sit vtilitatem / nulla te habeat ammiracio Nam hoc
fecisse nō solū augustinū reperio: verumeciaz docto
res omnes! quorū doctrina splendet per tempora sem
piterna. qui em̄ diligenter e quauis re cogūt vtilitatē / nō secus
ac flumina magna / e paruis nascentibus riuulis / incremen=
tum suscipiunt. qui autē in prodio (nescio quo) plerunqꝫ tor
pent: et eruditissimorum nunqm̄ percipere volumina conant̄
manēt per quosqꝫ annos ignorātibus persimiles. atqꝫ eciā cūz
illiusmodi tandez fatuitate sepeliuntur Contra in claros cres=
cunt viros: famamqꝫ consequuntur multorum! qui eos au=
tores ceteris preponunt / quos omne euum ad celum vsqꝫ extol
lit. et siue seculares sint: siue religiosi / qui ad hos sese applicāt
viros! quā facilime dum volūt ad virtutuz scandūt culmina.

Narrat displicenciaz quā habet ꝙ quidā studiū propter scolas et notariatū reliquit

Vdio te esse in patria: et voluere scolasticū onus. atqꝫ eci
am preesse notariatui Nescio quid dicam. an fructuz ali
quem consequere / non satis intelligo. miror ꝙ vniuersitatez
deseruisti. potuisses profecto sciēciarum riuulum degustasse:
et proxime ad sapienciaz accessisse. abduxit te vt autumo ami
cus tuus prespiter. qui nullum sequitur pietatis munus maxi
ma eius cura est de diuicijs. et facile nō saciatur In nundinis
enim post pascha celebratis ipsum acerbis alloquebar sermoni
bus. plura cōmemoraui de studio opera tua: et diligencia. sed
nihil profeci. homo credo lapide durior est Neqꝫ quitqm̄ ip=
sumillum efficit sine pecunia mansuetum. discessit a me sub=
irascens. dudum hec tibi scripsissem / si affuisset tabellarius.
verum alienum mihi est / ꝙ per tam longum tempus nihil ad
me litterarum dedisti. posses tn̄ significare / et paucis quidez /
qd animi tui esset propositum Crede inqm̄ si quo pacto valerē
tibi esse in rem perficerem diligentissime. fac obsecro interduz

ad me scribas. id vehemẽter ad te pertinet! siquid in humani
tatis cupis studio retinere. et non facile dicam an quippiaz sit
quod te vel clariorem reddet: vel hominibus graciorem. vale
et matrem tuam: et sororem saluas esse iubeas.)

Rogat vt promocione sua
efficiat vt scolas obtineat

Vro te vir eruditissime: atqꝫ optime / memorie mādasse
qua de re sermonē produximꝰ! tū cuz spaciabamur nūdi
nis iam proxime kempnitzensibus elapsis Nam tuam feci ora
tam dignitatē / vt siqua foret vacancia schole presidio mihi fo
ret promocio tua. promisisti omnia. plura eciam qm̄ postula
bam Nam si bene memini / dicebas gratuz tibi / si apud eccle
siam tuaz aliquando essez. et profecto res mihi gratissima! cū
tali domino gauderem. et quasi singularis quedā leticia mihi
aduenirer Nō dubites quin ita me accingerē quibusqꝫ in rebꝰ /
que vel ad cultuz diuinū attinent: vel ad reuerenciaz tuaz: vel
eciam ad discipulorū ꝓfectum / vt complacenciā quandā tua
excellencia inde cōciperet. facio igitͬ precatuz dominacionē tu
am / siquid cōtingeret: aut casus aliquis interueniret / vt opa
tua non deesses. me quēadmoduz mea in te est fiducia ꝓmotū
haberes. fac enī̄ ne frustra sit erga te quā habeo fidem Et qui
bus ego viribus ingenij mei obsequentissimū me facere potero
faciā semꝑ Et quibusqꝫ in rebꝰ dignitati tue parebo Neqꝫ egre
feras vir doctissime: ꝙ singulari te numero nūcupo. tu scis quo
pacto maiores nostri excellētissimi! quorū vestigia sequi sanctū
est: et honestatez pre se ferre existimat. hoc enī a Tullio meo di
dici! qui sese apud platonem legisse: et ab eo didicisse fatetur.
valeat prestancia tua feliciter.

Scribit vt alter consiliū det in re satis ardua

Tatui mecuz vt in breui apud te essem Nunc interuene
runt negocia aliqua / quibus impeditus efficere non po
tui. eciā re spero prope diem fore in liptzk Naz habeo causam
quandā / que difficultatis nodū in se cōtinet. ad quā tuū con
silium vehemēter conducibile putarem. spes magna mihi pro

posita est. sed onus arduuz: et pene intollerabile Neminez debeo consulere. sed apud me res illa debet esse sepulta. alioquin in indignacionez inciderem magni hominis. deliberandi tempus habeo / ad nūdinas vsqꝫ quas proxime celebrabimus Te oratum facio / si contingeret in breui liptzk constitueres silencō me non preterires. rem tibi enudauero. consiliuz tuuz non omnino abdicabo. agenduz mihi est / cuz illustri principe alberto Necesse est vt cautus sim: racionemqꝫ habeaz. si animus tibi esset ad liptzk accedere / mihi oro significato. et te prestolabor. at si nulla tibi iam esset tractacio / nuncies queso! et in breui te amiciā tuaz visitarez. tam incertus modo sum de genere vite mee amplectende / vt vix vnq̄m incercior eram. que singula / que modo me exagitāt / luce clarius intelligeres atqꝫ eciam de heinrico dessaw sermones produceremus Nam daniel venit. heinricū non reperit facit ambages circuicionesqꝫ plurimas. nihil certi sencio! ꝙq̄m de aureis mōtibus frequēs (vt omnes solent) sit locucio sua Erfordie inquit eū quesiui. puto danielem. non erat Naz nobilis apud quez erat recessit! cū stipendarijs quibusdā fama fuerat euz fore in herbipoli. in via cuz herbipolim meare seruicialis quidaz eius obuiaz mihi dedit. aijt ipm discessisse. aliūqꝫ locuz de scripsit. festinabā igitꝛ pueni ad capelanū dn̄i illius. indicauit mihi fornaces eius: atqꝫ in ope vitra. aijt euz verissimaz artez inuenisse. scitū enī esse / aurum et argentū alembicū ptransisse. practicaz vero habere defectum vnū Itaqꝫ heinric⁹ abiuisset qui in illa re prius ipm informasset. dedisset se primū ad franckfordiaz: deinde ad moguntiam Neqꝫ posset scire vbinam vltimo pmansisset. ad hunc ipsuz inquit locū vbi opus est / velle reuerti: ac plene pficere Et daniel ipse non diu tardabit / iteruz viaz arripiet: et antedictū heinricum queret. huiuscemodi sunt circumlocuciones. mihi nulla spes est de hac materia. tu discute melius / sagaci tuo ingenio sed litteras illas inclusas precor cuz possis ad mansfelt mittas ad domum antiqui heydelwergꝭ. aut ad rectorem scolarium. Vale coniunctissime fautor vir humanissime.)

Narrat se sanitati restitutum

Onorez veritati impendis fautor perdulcis: ac vir huma
nissime cum herbarum in publicum ducis virtutes. scio
nempe: ac verum intelligo hac ipsa pocione / quam buliendo
confecerim! ex herbis me restitutū pristine sanitati. nisi falsuz
me racio hec habeat. et deliteret forsitan non nihil / ꝙ nec capi
ti (in quo perpessus suz infaustos dolores) nec artubus ceteris
quid passionis inferret. quippe habeo graciam domini naci
ni tue: et pro hac tua in me beniuolētia pietate mansuetudine:
et precipuo illo humanitatis officio / quibus agaz verbis gra
ciam non reperio! nisi hoc vnum sufficere velit ꝙ parato ani
mo queqꝫ beneplacita tua subire intendo Id vnū magniduco
domine honestissime vt propria ꝑsona me visitare haud asper
natus es! in quo obnixum me tibi vendicas perpetuis tempo
ribus. quid dicent amabo? qui me vicio dare conati. qui insa
nabilem morbum rati sunt. qui in partez interpretati pessimaz
qui deniqꝫ famaz meaz pocius tueri debuissent! et me verbis il
lepidis lacessere laborauerūt Nec eoruz nomina (que certe vix
contineo) hic expresserim. dabo hoc pudori meo. concedā ve
recūdie. satis accepisse putabo / si ista audiētes de se dicta haud
dubie recognoscāt Nec iam dicti circulatores / de illo dubita=
bant: sed sancte iurando sic esse affirmauerūt. hec preterea dig
nitatez tuaz scire volui. quia siquis amplius interloquendū /
aruspices: arioloscꝫ sequeret de mea diuinare presūeret infir=
mitate Tu vero vt equuz foret suscipias defensionem meaz. at
quid multa? benignitate tue morem gerere frequēs curabo.)

Increpat quendam / ꝙ maledictis cer tat: ac modum reprobat epistolarem

I maledictis certarē / in viciuz inciderez procacitatis. si
ferruz stringerē transgrederer modestiaz! et essez / aut gla
diator: aut tui persimilis! qui modū negas epistolarē. sin om
nino tacerem / gloriosaz putares victoriā! sine belli indicione:
prelijqꝫ adeptaz. quid oras populare finitimas? quid agrum
vastare soles vicini? quid offendis demū nulla lacessitus iniu
ria? queris triumphi laudem quam nemo plena contumelijs

obiurgacōne consecutus. si contendere certū est / armis fac op
timarum arcium. pugna interdum / vel racionibus id viruz
decet: atqꝫ adeo audacem: vel autoritatibus: et coruz quidem
virorum / quos precipuos artis studiosissimus quisqꝫ littera=
rum fatetur. tum certamē honestum censetur / cuz viribus in=
genij: atqꝫ doctrina palmā quis nanciscit̄. turpe autem quod
detractione comparat̄. si velle statueris modū epistolandi nos
trum deprimere / cura publice facias: obtineasqꝫ triumphum
aliorum iudicio! non proteruitate tua. id forte si perfeceris / si
mul ac victoriaz audienaium conquires fauorem. vale.)

Arguit proterue scribentem

Ccepi litteras tuas! preterea iaz die ad me datas In quī
bus et tuū in me odium: et quantā pre te fers ambicionē
plane perspexi Nihilo miratus sum! quia verbis scripta penī
tus similia videntur Neqꝫ profecto decuit illoto vsuz sermone /
secus atqꝫ locutus sit scriptionem suam ad videntes perferre.
Non rursus criminabor! ne abiectis forsitan equalis: ꝛ iurgā
tibus mulierculis putarer. dabo pudori meo: verecundieqꝫ cō
cedam. fateor me / et succubuisse: et in eo certamine superatū
at si ꝓpe intueri volueris victor ne deterior sit / an vict⁹ haud
difficile iudicabis Neqꝫ coniecisti me actutuz / aut in vincula
aut in seruitutem! eciā si triumphum predicas! quem temere
ptuz ad dedecus autūarunt maiores nostri ꝓrime accedere Ce
terum epistole tue respondebo. et quid scripturus venio anim=
aduerte Si vera loquar flecte animū: atqꝫ eciaz tam vehemen
tem impetuz comprime racionis habena. sin falsa / reuelle quī
dez ea ipa. ostende litteris / et erratū meū ad me mittas Sed ne
nimiū extendā epistole filuz rem aggrediar. dicis me multū de
me cōfidere. aut falso mihi ascribis ꝫ siqua sunt a me ꝑ incipiē
cium vtilitate in lucē producta / ea confirmaueram dictis claris
simorū hominū Tu vero vt modestiā verbis transgressus: sic
quoqꝫ calamo nimiū indulges Non incōsiderate vt reris / lo=
cutus sum: matura deliberacione pensabā Nec vnqꝫ mihi antea
persuadere potuissez / vt tam friuole linguam tuaz / in alios
acueres. qui te clarum virum / et putas: et geris Nullam fece

rum tibi iniuriam Sed modũ non esse epistolarum vacui capi
tis esse censebam / quod te dixisse auditores tui retulerunt No
lui primum credere. quasobres nomen tuuz obticui. cupiens
vero experiencia noscere. mecumq; voluens / qd in trito est vul-
gi prouerbio / tactus ex multitudine non silebit. cerne iam que
so / an famaz tuaz leserim / quā nūc tantope extollis. speciosa
laus in ore tuo. que esset reuera lōge speciosior ab alijs deprōp
ta: fige iam acrius intuituz / cognosces te falsa raptuz opinio
ne Sed mos est veritati parcenciū ita loqui. et fidem arbitrant̄
ab alijs posse ambagibus obtinere. tuz artez negas epistolarez.
de modo vt sentio silendū opinaris. bone vir nun de modo lo
cutussum Interroga eos qui delatoruz munus apud te exercēt
extorque ab his veruz Noli assentatoribus aures / et quidē cre
dulas adhibere / qui ad nutū fortasse: voluntatēq; loquunt̄. sper
nenda est illoꝝ: odiosiaq; oracio At imitacionez cōmendas. at
qui nō satis perfectū habes / quanti ⁊ ego ipsaz facio. obiectas
mihi quītiliani lectionē ferā pocius q̄ sivꝫ secordiā mihi: vel
negligenciā obiceres / tametsi pergat in partē deteriorez locucō
tua. illuz ipsuz accipis autorē / quasi defendiculū quoddā aut
patronuz / quo existimas ꝓbare nullaz esse epistolarum artem
Nullaz tamen autoritatez adducis. feras pacienter tecuz / sen
cio de imitacione / quā Cicero / et in veteri: et noua rethorica
vtilem esse ꝑdocet. verum artē in imitacione quintilianus vir
ille disertissimus fateẗ Et vide iam verba eius libro decimo de
oratoria institucione Neq; eñ inquit dubitari potest quin ar-
tis pars magna contineat̄ imitacione et paulo post / ante om-
nia igit̄ ꝑ se ipsa imitacio non sufficit. vel quia pigri ē ingenij
cōtentū esse his que sūt ab illis inuēta. et postea turpe eciā illud
est esse contentū id cōsequi quod imiteris Jam respicias quid
ex quintiliano Probaturus veneris / qui artez in imitacione fo
re non paucis verbis ostendit. ac deinde ad conficiendas epis
tolas non pertinere partes facile inquis te probaturū scias me
posuisse: et quo modo posuerim reprobare si statuisses dabit̄
tibi locus. et dum satis diu acies constiterint / iubeas signa ca

uere. paratussum. quāq̄m fateris non legisse libellum meum. homo autem iniquus est! ne dicam sceleratum! qui reprobare prius quaz viderit presumit. ꝙ me callidum nuncupas ꝑsuasorem / feram modeste. nec vicissim modo contumelijs certare proposui. postremo insinuacioni tue / quaz interiectione verborum adducis occurrere! non sine beniuolencia quadam in mentem venit. quoniaz thesaurisandi gracia: aut questus prestas me vt resumam incitatum. tu illud officium vt dares in lucem assumebas Ego cōtra arbitror / te inflacionis causa id fecisse. vt ceteris possis litteracior videri! quādoquidē maledictis mihi nocere studuisti. ⁊ forsitan plus facta iam debita comparacione accipis de materia tua / quā ego de mea. recipe intētum meum: atq̄ȝ animo complectere. et qua me fueris persecutus beniuolencia / eadem te afficiam.)

Ad eundem ꝙ maledictis certat

Vtabam litteris meis iampridez ad te datis posse efficere vt que multo sermone ad auditores protulisti / partim a te iam negata: partim vero confessa / autoritatibus munires! ne loquacitas minus ꝓfutura longius ꝓgrederet̄ que si obtinuissez facile mihi fuisset / non odio te: sed racione: atq̄ȝ adeo honesta inductā. verū quintilianū falso mihi allegasti! nullā ex eo autoritatē describēdo. postea q̄m ad te miserim / que esset doctoris illius sentēcia nihil respōdebas. ad priorez te cōuertebas dicacitatē multa mihi flagiciosa crimina imponis! quasi obscenis nūc sermonib⁹: et petulācia tua me supprimere velis. longe mihi alia est sentēcia: alius quoq̄ȝ anim⁹ Jd vero ex eo quidē vno / vel maxie cognosces / q̄m victuz me in ꝓcacitatis dimicacōne fatebar Scribis aūt meis nō posse cōfabulacōnib⁹ tua valitudine īpedit⁹ respōdere Cur nō quieuisti obsecro cur artub⁹ tuis fortasse morbo affectis pacē nō dedisti? Veris me libero penitus frui: et remisso tēpore? quē existimas in hac sacrosancta solennitate ad disceptacōnes ꝓpensum vetat religio nrā: et pijssima ieiunioꝝ obseruacio Sȝ resistere importunitatibus tuis necesse est. id agit vt lrās tuas plurimū desidero! in

quibus vultum tuum / tanq̄m te sentire arbitror. vehemēterq̄ʒ cuperem huiuscemodi autoritates litteris mandares. ac demū ad me mitteres / quibus antehac gloriatus. si motum cognoscerem te sentencijs prestancium virorum / facile acquiescerem non a puero septennio recusarez / dum aliqua inde mihi vtilitas esset eventura / nedū a te quippiam percipere / qui vir es doctus: atq̄ʒ peritus / vt scripta tua demōstrant. sin aliter sentirem / epistolis meis significarē. eadē si prestācie tue placerēt / viderer certe mihi videre / nō sine racione hāc rez attigisse Cū vero declinaveris faciā tibi laciorem viam / vt prosequaris.)

Iterum increpat eundem / q̄ modestuz animum prese ferre non potest

Si te humaniter sum benigneq̄ʒ allocutus / cur mihi iam irasceris? et veluti torrens me impetu quodam invadis / nullum habens vbi possit consistere precipitacionis terminū. pluris ne censes precor? im pbis verbis / dedecꝰ prese ferētibus pedestriū instar hominuz litigare / q̄m honesto officio / in quo tuū erga me animū senciā: et rursus in te sentenciaz meaz cognosces. haud iniuria est litteris cerciorē facere: et ita explicare / vt ab exordio plane ad calcez vsq̄ʒ sencias quid velim: quidue instituerim Sed eripere forsitan / que tibi oculos caligat nubē nō poteris quis te impulit vt rabido ore: impudēti lingua: flagiciosis verbis: petulanter nimium me studeres: et quam in lucem dederim materiam denigrare? Cur non tranquilluz habuisti animum? ac corpori pepercisti egroto? Sed eadem est improbitas tua / que antea fuerat. adducis autoritates sine loco. non esse opus inquis passum allegare: primum assignasti librum / nihil adiungendo. tum ab eodem declinas animo. quid sibi volt istud anceps: vacillansq̄ʒ propositum? non debeas mihi subiungis. minus debuisti huiusce excitare discordias. respondebo ad autoritates satis mihi iam cognitas. pretéribo reliquas silencio / quoad liberius tempus sese obtulerit Neq̄ʒ enī dubitare quis potest / quin artis magna pars in ymitacione contineatur. nonne cernis artem? ac deinde video te

obmissa cauda bouem allegare. quare non vides illud ꝙ imi=
tacio per se ipsa non sufficit. pigri est ingenij contentum esse
his que sunt ab illis inuenta. adde vt quitquid alteri simile/
necesse est vt minus sit vt vmbra corpore/ imago facie Con=
tra omnis imitacio ficta est: et ad alienum propositū accomo
datur Cur hec aliaqꝫ non conspicatus es? totus ille locus re℘
bat te: infirmatqꝫ raciones tuas. quez existimas tam obruti es
se ingenij: tanqꝫ vecordez/ quin perspiciat aliena esse allegata
tua. ac nihil ad p̄n̄s pertinere. placuit illa ad te perscribere Tu
vero si videbitur scribas. si non quid mihi conueniet cogita=
bo. atqꝫ eciam ꝙ statui data oportunitate non pretermittam)

Tribus partibus constat epistola

T ostendam epistolarem racionem postulas. ostenderez
equidem ni timerem tantam rem paucis non posse com=
prehendere. accipiā tn̄ nunc significanciora verba. et q̄m̄ facil
lime iam potero non omnia quidez tradere: sed que magis ne
cessaria sunt attentabo. quippe audiuisse dudum te arbitror/
epistolaz tribus constare partibus: causa intencione conclusi=
one. ille enim partes precipue litterarum sunt. deinceps dabis
operam/ luculente sint: et concinne littere tue. magnopere lit
teras exornat/ si breues conficies: si lucidas: si deniqꝫ intelligi
biles Nam qui obscuraz recipiūt dictionū composicionez lon=
gamqꝫ. et inuolutā: ac duriter aliūde translataz/ amouent ab
epistolis splendorē: et demū ipsas lumine priuant Et facies re
uera cum clarorū virorū vestigia sectaberis. vt Enee lauren=
cij de valla: francisci philelphi/ aliorūqꝫ qui summo studio di
cendi preceptionem amplectunt̄. que si feceris/ et eruditus es=
se: et clarus poteris. vale.)

Narrat epistolas breues cuius
dam nomine extruxisse

Nascerис mihi vt arbitror/ ꝙ per tantū tempus nihil ad
huc ad te scripserim. presertim cū beneficia tua sint mag
na in me: et quidem longe maiora/ q̄m̄ dicere conuenit. sed si
ordine deberem impedimēta edicere/ putares minore eciā hac

epistola me satis fecisse. ea tibi ipsa modo exponerez / nisi cui
tare vellē / nimiaz oracionis prolixitatez. opto ꝑfecto persua=
sū habeas / me nō imemorē fuisse vnqm̄ tui. verꝫ ꝓpter varios
multiplicesqꝫ euent⁹ / nō potuisse ꝑficere. tandē reuera valecior
fact⁹ / ac eciā alijs quibusdā inuolucionib⁹ solutus dedi operā
quanta maxima potui diligencia peticionibus tuis condescen
derez. labor enim facilis erat / propter summā erga me amicici
am tuaz. confeci epistolas illas / quas eciaz tuo nomine extru
xi. maior eciam pars ipsarū breuis est. ita vt breuioribus ver=
bis epistolare nomē retinere nequierūt. vna me induxit racio /
vtpote cum innumera iam esset longaruz epistolaruz copia et
multitudo / succinctas haberes non nullas. in quibus ameni=
tas quedā: ac ingens delectacio cerneret̄. et multos quoqꝫ ego
comperi / qui in succinctis plus rati sunt vtilitatis accepturi /
qm̄ in ipsis que latissime se extendunt Neqꝫ in presencia hoc
ago: neqꝫ tam vacui capitis siz vt autoritatis reputari debeāt
scio em̄ eas humili satis stilo conscriptas. veꝝ enimuero amor
tuus et dilectio / qua me prosequeris facit. spero ꝙ fructuz ali
quem inde capere possis. et quanta coniunctio nostra mansit
tanto studio: et vigilancia eas lege queso Nam vna hec vtili=
tas tibi euentura est ꝙ ex his modū scribendi meuz plane cog=
noscas. quem si probabis: aut sequi volueris / non paruū ad
eas res habebis incrementū. si omnia nō placita fuerīt / offen
das saltem ex pluribus pauca que suauitatē / aut verboꝝ: aut
sentēciarū afferūt / que nouissime nō mediocriter alliciūt ad la
tinas litteras. equidē cū intellexero tibi esse iocūditati / oracō
nes ꝑ quib⁹ aliqm̄diu fecisti verbū mittere curabo. postremo
quecūqꝫ plus cuperes: et demū expeteres cicius tibi facere cona

Suadet latinis litteris inherere et a carminibus figuratiui cantus abstinere ¶ bor

Rogasti ad te scriberē aliqn̄do. et id ꝑfecto cici⁹ fecissez / ni
tāte res me impediuissent. noscis em̄ cōdicionē vite mee /
ac ꝯsuetudo mea tibi cognita est. placuit itaqꝫ nūc ad te dare lit
teras / ne interdū diceres me immemorē esse tui Nā te diligo. ꝛ
vt bonis artib⁹ insudares ꝗ̄maxime exopto. appello autem bo=

nas artes studiū litterarū / qd plerigʒ in humanitatis nomine collocarūt Magna tibi euētura est vtilitas / si nō negligas Nā Therēcij te audiuisse comedias scio / in quib⁹ tu maxīe pficere possis / si opa nūc et vigilātia incūbes. magnanimū aūt requi rit hec disciplina: et ɔstantē hominē. imbecilles ipi: ⁊ depressi: pedestresqʒ discipuli ab ea doctrina deficiūt Nec vllū suscipere vnqʒ pfectū tales potuerūt. sed ingeniū tuū validū est aptumqʒ ad cuiusuis sciēcie tractacionē. et pcipue ad facūdie racioʒ Cu ra igit ne tibi desis Neqʒ iam poteris habere excusacionē Naz in loco degis / vbi singule patēt facultates omiū scienciarū. et quidē eo tpe magis / qꝛ preceptorez habes: professoreqʒ poetice sciencie. hunc cole: et dilige. atqʒ proinde ne resumptiones ei⁹ negligas magnope curabis Et quantū ego latinas litteras am plecti conatussuz nō te latet. ppterea vt ligua fieret erudicior. qꝛ te facere amplissimis verbis adhortor. tandē postea in ɔficien dis epistolis pmptior eris: ad quasqʒ eciā sciēcias facilior. plu rimū vero dilitgis iocūda figuratiui cant⁹ carmīa. velim pceres et nō tanto labore inhereres Ita videlicʒ vt loc⁹ meliorib⁹ reser varet: sonit⁹ ille dulcis qꝫplurimos seducit nobilissimi ingenij adolescētes. in hac fere vna disciplina sepeliunt. ac omēs alias negligūt. qꝛ nemo pbat neqʒ laudat. satis certe est / cū ita anīo habes carmina musice facultatis / vt cuz necesse fuerit scias ca nere vel tenorez: vel cōtratenorē Noui aūt te habere salue quod daz / qd et in kempnitz cecinim⁹. in quo textū habui tua est po tencia. te facio rogatuz mihi transmittere velis. presenti cuz ta bellatore meo. et siqua alia haberes dulcis melodie simul inno tares. p quo recompensaz facere studebo Et quia nūccio quo dam mihi significauit baccalarius romild⁹ qd non dum pecu niam abs te habet. oro propter veterem inter nos amicicie con iunctionez ipsuz expedias. posset accidere multo maiore alter vteretur familiaritate alterius / qm̄ vnqm̄ antea. vale.)

Hortatur ad studium litterarum et vt mulieribus se non coinquinat

Ogitaui aliquando mi fautor de psona. et vite condicio ne Naz homo es et recēs: et optimi ingenij: atqʒ proinde

in loco iaz constitutus vbi in dies tua potest augeri virtus. dii boni quibus in locis acrius / q̄m̄ in his vbi in manibus est: in promptuq₃ omniuz sciénciarum exercitacio Nonne et id recte dicim⁹ esse in vniuersali studio? Nempe preceptores in eo sunt in quouis facultatum genere. et si vltro: citroq₃ aduertere velis reperies passim sapientissimos viros in singulis quidez et bursis: et collegiis qui viam tibi quasi quandam qua tutissime pergas ad alciora demonstrant. vnū autez vereor / ne mulierum aspectus: virginūq₃ ceu angelicus te impediat. scio re=uera q̄ passio illa multis obstaculo est: ac ip̄is eciā ingeniosissimis. velim certe hec ipsa flocci faceres / que conturbant ingenium: viresq₃ eneruant / ac demum faciunt / vt prorsus sui talis immemor est Nam comica sentencia placet (vt est in enu=cho) hominem ex amore ita immutari q̄ nec quisq̄m̄ alius eū cognoscat Non enim illa litteris demando aliqua nunc haberem nota: aut iaz pridē / ab aliquo manifestata. sola apud me suspicio est: et pia ammonicio ne fiāt. atq₃ nūc maxime cupio litteris insudare velis Imprimis vero generi preceptōnis Neq₃ te latet quid per hoc significo. copiam dicendi summumq₃ eloquēcie studiuz. vt si te adiungas tali pacto cōparare valeas concinnam cultamq₃ et emendatā latini sermonis facundiam Cetera omnia leuius: tum et expedicius complectaris Eteniz illa ipsa non adipisceris nisi diuersorum scriptorum epistolas carminaq₃ amore complectaris: et diligencia. tandem postea poetarum et oratorum volumina perlustres In his eciaz facū=dia et disercionis colligitur promptitudo. ad quā nūc quibusuis adhortor. vale.)

Narrat se scribere non potuisse propter infirmitatem: et scolasticum laborem

Tatui in: cum eo tempore quando primum me hallis recepi ad te velle sepissime scribere. quibus eciam epistolis putabam me obtenturum interduz litteras tuas / que mihi nō parum Jocunditatis prebuissent. at multis rebus ita prepeditus plerim p̄ fuerim / vt incertus mei: ac anxius Et tum pro

fecto maxime: cum morbo grauiori deprimebar. quid veris coniunctissime fautor? onus graue est scolasticum ferre saxū: et infirmitate angi. sic enī incomoda simul: et infortuniuz cō gregata semper mihi fuerūt et impedimento: et obstaculo. et vt opinor valitudini mee plurimum obfuerunt Neqz volo q̄d ista tibi obdita sunt: et occulta Nam procopio cōmisi (quan do celebritatē sācti mauricij peregim⁹) nomīe meo salutē tibi diceret Js cēseo luce dari⁹ exposuit qua vteret fortuna. vez iā sanitati paulisp restitut⁹ / placuit vehemēter te alloqui scripci uncula mea. vt plane intelligas me nō esse īmemorē tui. quip pe ab ineūte etate / nihil plus cordi erat / q̄z qui me amāt sane scire possent se non minus diligi et obseruari Tu vero cui⁹ tan ta sunt erga me officia: et familiaritatis signa / quanta vix di cere queo / multis alijs in rebus: in hoc autem precipue quod me ad humanitatis studium prouocasti / non immerito me plurimum tibi debere cognosco. sic enī habeto / qua in re vn qm̄ possem aut tibi placere: aut tuis summa opera laborare: et industria perficerez Neqz secus eam rem aggrederer: atqz fa cerem si de fortunis meis contenderem. propterea q̄ tam ami ce semper / tuam in me humanitatem: ac aperte demonstras ti Ceterum cum diu priuatus eram iocundissimo sermone: et presencia tua / velim nōnunqm̄ ad me scriberes. vt saltez quē te vnuz animo: menteqz gero intueri ex litterarū officio queā et describeres mihi prorsusqz enodares secundos tuos quosqz euentus. vale feliciter.)

Rogat magistrum vt discipulum sibi commendatum habeat

Vit mecum prefectus opidi konnerin rettulit commisis se reuerencie tue (vir prestantissime: atqz optime) filiuz suum. rogauit is apprime dominacioni tue scriberem / ipsuz applicatum haberes ad studium. veretur certe et quidem ve hementer ne seducatur. senciēs plerosqz adolescentes ad vicia prodiuiores qm̄ ad virtutes. huic vero respondebā vt / omnē āmoueret suspicionis scrupulum. tanta esset reuerencia tua

et sagacitate predita: et paudecia/si quisq̄m nūc adolescēciores ipsos abhorrere a vicijs ac inutilibus rebus posset/tu ille imprimis esses. atq̧ eciam tantam haberes existimacionis auctoritatem/ne quispiam peticionibus tuis non condescenderet. quando enim ad gradū aliquem promoueres. quibus ita enarratis vir ille humanitatis plenus hilarior factus. et si antea p̄catus ad te scriberem: tum multo vehemencius Neq̧ vero vnq̄m verbis indulsit/quoad spondebaz/et dominacioni tue: et filio suo litteris mandare Et quaq̄m honestissime magister minus tibi notus sum: nullumq̧ meritum antecesserit/cuius ego gracia petere valerem/scio tamen: ac plane intelligo omni te honesto rogatui acquiescere! propter maiorē quam pre te fers vite integritatem. oro igitur prestanciam tuam/quibus possum: et profecto amplissimis verbis/iohannem discipulum tuum commendatum habeas. applices ad bonarum arciū disciplinas! vt cū tēpus cōpleuerit: lectionesq̧: ac exercicia īsignia baccalariat⁹ suscipere possit. et si quos haberet ineptos ipse mores castigacōnis freno cohibe: ipsūq̧ coherce. quippe genitor eius/cum permagua munitus sit honestate: tum ad refundendum promptissimus. ita quoq̧ se habet/ne vnq̄m ingratitudine aliqua arguatur. Neq̧ egreferas suauissime. magister q̧ te singulari numero appello. equidem notum tibi est: atq̧ apertum omnes maiores nostros ita scripsisse. et maiorem hac vna re honorem tibi ostendere putabam q̄m si plures modo esses demandasse. vale feliciter.)

Suadet vt magistrandus
honorem magistris faciat

A

Vdio te apparuisse aliq̄ciens in auditorio! vt paracior sis ad magisterij gradum! de quo plurimum et gaudeo: et letor. nec voluptatis res mihi minus illa foret allatura/q̄m si prosperitatis aliquid futurum senti:rem. opto tibi secundam

fortunaz: et ex sentencia euenire / que inceptas. sed magnope
re curandum est vt beniuolenciam magistrorū: et quidem plu
rium compares. quod vtilitati est: et vehementer conducit
in eo negocio. scis quo pacto me habui ? cum primum me sub
mittere cogitaui. potissimum autumabam fauorem multorū
acquirerem ! quāquā antehac non pauci erant / qui me odio af
ficerent ! propter subtilissimi doctoris viam Nec tu magnipen
das paruulam pecuniam ! siquando in balneo fueris: aut in
collacione quadam / ita eos tibi reconciliabis ! qui prius tibi
nocere studebant. atqz id merito facies. equidem si pensare vo
les dignitatem illam et magnum donum / intelliges iam om
nia que fecerimus / minus esse. et dissimilia. cerne alijs in re
bus. nam si tractandum est: vel a popularibus quippiam ex
torquendūz in quo non tanta vis est / none summo studio ela
boramus ? ac sepius corrumpam⁹ muneribus ? vt nobis beni
uoli sint. ea autem in re / cum a p̄ceptoribus nostris insig
nia suscipimus preclarissima / quis dubitabit dignū ? reuerē
ciam ipsis: et honorem ostendamus. ego certe plus gracie illis
habeo quibus adiutus ad hanc excellencie virtutem ! quā paren
tibus qui me genuerunt. hij corpus: vitamqz dederunt ! vt vi
uere possem ! illi mores: et scienciam / vt bene viuerez informa
uerunt. postremum id quantum prestat priori neminem igno
rare censeo ! qui vero animi iudicio vtrumqz iudicet. omni s
autem sermo ille eo pergit / in veneracione habeas ipsosillos /
qui te promouere debeant. video autem multos immemores
beneficij ! quorum omnis racio huc tendit / vt carpant verba
factaqz superiorūz. hij similes sunt Neroni ! necanti precepto
rem suum. et vt ego opinor indigni sunt alicuius gradus Cu
ra optime fautor humiliacionem pre te quandoqz feras ! quia
longe plura efficies. quā si omni pompa: atqz ambicione ince
deres. et videbis singula tibi fore profutura. vale et prope dies
tecum fueram.)

Persuadet in vniuersitate degenti litte
ris adhereat ne paterno priuetur presidio

Vscepi a patre tuo mi iohannes te esse cum magistro N
viro et quidem modestissimo. quantum mihi placet vix
vllo possem sermone explicare. interloquendum vero magnā
retulit sumptus pecuniam! quam pro te / et in particulari stu
dio exposuit: et nūc in vniuersitate Neqz sibi difficile: aut du
rum / tibi esse presidio! duz virtutibus optimis artibus rectis
qz viuendi preceptis insudes. sed veretur ne in cassum defluat
subsidium hoc. et cum sis hilaritate plenus adolescens: omnīqz
gaudeo / ne forsitan te subduceret / aut enormes iuuenes: aut
mulieres. qꝫ si contingeret certe auerteret genitor tuus manuz
a te! neqz vnqꝫ deinceps potiri posses iuuamine eius. fac pro
pterea omnia sic ordines / siquando ad patriam venies / etiā
si velint vel sacerdotes. vel ceteri qui litteras norunt vicō te da
re / tu statū possis tuuz defensare et tum maxime efficies / cū
cura: et quidē diligenti inhereas lectionibus: atqz exerciciis: et
potissimum resumptionibus magistri tui. ita te accingas oro
promptitudine quadam / vt nullum sit verbum: neqz prolo-
quatur aliquod a preceptore tuo / quod vtilitatem tibi non sit
allaturum Neqz etiam minus amare debes magistrum tuum
qm̄ studia. ac postremo haud secus diligere / qꝫ parentes. mul
tum hec pietas confert studio. vnum vero est / qꝫ imprimis te
aduertere velim: ac animo demum voluere! quantam in se
habet maiestatem latinus sermo. hoc iam ea dico racione
Naz plures iam reperiuntur baccalari / quos ea deficit precep
cio! et a beanis interdum de bachantibus (prope dixerim insa
nientibus) carpuntur! tametsi edocti sūt in ceteris disciplinis
Incumbe igitur gramaticis: dialeticisqz proprietatibus. qui
ad gradum pertinent Nec vnqm̄ euasionem habere: aut excu
sacionē possis! propterea qꝫ vitam agis cum viro predito qua
uis virtute: ac doctrina. et proinde quoqz consuetudine dum
taxat attinges latinū ydeoma! si vel raro: vel nunqm̄ in vigila

rem prorumpas sermonem. ludendo sic proficies. bonus iste ludus est! de quo virgilius inquit Ludere que vellem calamo permisit agresti. equidem ipsa illa si curaveris magnam adepturus es: et fere summam existimacionis laudem. atq; eciā tanto honore et parentes tui: et omnes amici: tantoq; amore prosequentur / quantum nec tu quidem cogitare ausus fuisses. vale optime adolescens.)

Narrat q̄m graues febres patitur

Criberem ad te infirmitates meas! si doloris admitteret magnitudo. tam graues enim pacior difficilesq; febres / vt morte ipsa dempta vix morbus aliquis est qui tantum cruciatu afficit. premit me: ac torquet / calor acutissimus sepius p spacium decem et octo horarum. quid futuru; sit deus nouit hec te scire volui! quia scire cupiebas. Vale mi amice: fautor suauissime.)

Scribit propter antiquum
amicicie munus

Alutarem te litteris meis vir prestantissime Nescio autē an tibi acceptabiles sunt epistole mee necne. qđ cū ita pre me dubium quoddam ferebam / memini familiaritatis inter nos nostre. que cum quō dam incepta sit / spero ipsam indies magis: ac magis augeri. equidem ille mihi animus est / vt quos amore complexus absens non minus mente gero q̄m cu; coram vitam agam. dignitatem tuam domine suauissime: atq; optime rogatam facio / q; te meis alloquor litterulis interpretari velis in melius. quod et ego de tua in me humanitate et beniuolencia quidem non diffido. fac vt bene valeas.)

Placet religionis commendacio

Lurimum ammiratus sum. et iocunditate affectus quādo perlegi epistolam tuam quam ad me confecisti. fuit enim sanctitatis et magnorum doctorum: ac eciam sanctissimorum virorum auctoritatum plena. vidi plura precepta ducencia ad beatam vitam: et ad indesinens gaudium equidem si antehac religionem / nunc et in posterum diligere non cessa

bo. exposuisti mihi anime pestem! que vitam eripit sempiter-
nam: et luctum ac tristiciam affert. iter vnum demōstras! quo
tutissime proficiscar! atq͛ morbum hunc euitabo! quod est
religionem amplectar: vitamq͛ induam! que obseruanciam
colit saluatoris nostri ob amorem. quibus litteris tuis vehe-
mentissime animum meum incendisti ad vitam spiritualem.
q̄m̄q̄m̄ in suo quisq͛ statu saluari possit/ id tn̄ cerno vt religio!
sa tractacio/ est velut semita directe ducens ad portuz. siquā
do fluctuosum iam nauigauim⁹ mare Cum sol elucet quādo
tenebras peccati/ vigore penitencie delemus. omnēq; carnis
voluptatem abiciamus. hoc quidez nullibi caucius efficitur
q̄m̄ in monasterijs! in quibus fratres inter se/ pace cōcordia:
summaq͛ dilectione viuunt. illic mundus vincitur: coercetur
propria voluntas. libido extinguitur. silet inanis locucio. il
lic celum contemplatur. creatoris nostri gracia speculatur. p-
discitur philosophia/ que corruptione caret: ac demum mor
tis timor superatur. o claustrum thalamum diuinuz/ quod
summus possidet celorum rex. o tentorium israhel contra ho
stes erectum. o celeste ierusalem beatitudinem conferens. o pa
radisum voluptatis cuius flores speciem ostendunt leciorem:
et fructum prestant perpetuum. quippe hoc in habitaculo ex
piata mens prese hilaritatem agit. cantica prophetarum de-
promit! que omni plena sunt dulcedine. euangelizantes respi
cit: cognoscitq͛ diuina misteria! que indies ad felicitatem
preparant. nam cum ea ita pensata nimirum abhorresco! ab
his quidem vilitatibus in quibus degimus. videbis. N. tu
um/ quem tantopere adhortaris honestius negocium attin-
gere: et mutaturum vitam in qua nunc est. verum id contue
ri quemq͛ necesse est. vt q̄m̄ diligentissime perspiciat/ ne peni
tudo sequatur. tue tamen dominacioni graciam habeo perpe
tuā huiuscemodi litteris me mones. maxime certe te diligo:
et omnes fratres monasterij vestri. vtinaz omnes valerent. de
inde quosq͛ qui bono interdum verbo mei memores sunt/ sa
lutabis nomine meo. dominum priorem imprimis/ qui sum

mam mihi humanitatem ostendit. deinde dominum francis cum! qui me saluuz esse iussit. vale optime Jeori fautor suauissime.)

Scribit vni si pollicitum statum habere velit in scolis / qmprimū veniat

Nstitit assiduis precibus te vt assumem dominus lāpertus! qui multa necessitudine mihi coniunctus est. et q2 tibi pollicitussum siqua foret vacancia / primus esses quē substituerem. accidit vero vt quosdam alios baccalarios constituere intēdo Tu siquam nunc haberes mentem statum huiuscemodi assumendi qmprimum aduolares! vt de hac re paucain medium: atq3 in apertū duceremus Ego propter sponsionem quam tibi fecerim: rogatusq3 mihi amicissimi domini prememorati te assumerem. q2 et tu si taliter institutus es fac adueniendi spacium ne differas Nosti enim multitudinem esse baccalariorum. vale:)

Inuitat conuentum ad sororis nuptias

Upio viri eruditissimi: atq3 optimi / eos quidem quos cōiunctionis vinculo mihi copulatos intelligo / esse cuz in ceteris solennitatib9 meis: tum vero in his / quas gaudio atq3 eciam hilaritate perficiendas duco. et eo certe forcius / quādo ipsa illa res cui9 gracia fit in tocius vite cursu vix semel p agit̄. cuiusmōi primicie sūt nupcie: ac alij actus / in quib9 insignia nō nunqm̄ virtutum sumuntur Jtaq3 cum non preter consensum meum soror mea cuidam copulabitur: Nupcie quoq3 more solito erunt: atq3 instituentur die martis. ad quas que cum venerint vsu quisq3 suos fauore coniunctos recipit. proinde cum preter dominacōs vestras paucos intelligo mihi magis amicicia annexos. facio igitur rogatos vos vt eos amplissimos / ea die quam pauloante memoraui / decorare splendidasq3 facere eiusmodi nupciarum celebracōnes presencia vestra velitis. Equidem nihil honestius in ea tum festiuitate existimo: nihil dulcius: iocundiusq3 potest euenire.

q̄m virtute preditos mihi astare: mihiq3 ac meis congaudere. Neq3 reuera min⁹ ad me / et spectare: et pertinere cēseo / q̄m si de meis negocijs ad me ipsum pertinentibus ageretur. quanta cuiq3 sit charitas in sorores: inq3 propinquos fere oēs neminem autumo quem lateat. facite enim viri prestantissimi vt fiducia erga me vestra est. et reddite actū illuz festiuiorez dignitatibus vestris. et quo vnq̄m studio: maximoq3 animi conatu / aut similia aut maiora efficere queam faciam semper: ac cupidissime. valete.)

Epistola narrans quendam
propter pestis timorem recessisse

Tenim valeo. et si pariter tu valeres equidem gratularer quid enim ad scribenduz pocius occurrit eo maxime nūc tempore! quo quisq3 hominum vehementissime timet / cum alijs in locis: tum hallis vbi pestis iam expertes non estis. scis enim causam propter quam ego discessi Nam et morbum illum metuebam: et vbi scola posita est fetor haud quidem paruus existit. et tu quemadmodum arbitratu concipio complexionem meam non ignoras. aperte sunt tibi infirmitates mee! quot et quante perpessus fuerim. Ea certe in estate quando apud vos scholasticum primum onus prope dixerim saxum collo imposuerim Et profecto longum facturus essem sermonem / si ab exordio deberem ad terminum vsq3 exponere / q̄m grauiter tulissem me infirmitate torqueri. et non insudare his rebus que ad officium meum spectabant. atq3 eciam vt postea experiencia noueram fui non solus qui fragilitate afficiebar. verumeciam qui succedebat debilioris tunc nature prorsus ex mortalium vita migrauit. que cum animo repetere soleo reformido certe / ne et tu interdum resistere non possis. que cū magnopere timeo / clamauit ipsa illa quā contraximus amicicia / insuper amor quem in te habeo: summaq3 charitas tui nō sim immemor. scio enim q̄m ardenti dilectione me amplectere. et vt veritatem honorare videar / nihil est q̄ eque ac studio curare existimo q̄m quiuis intelligat qui me amat se non minus di

ligi et obseruari. opto ī deo dignitati tue valitudinem inde=
sinentem: omnibusqȝ fratribus tuis / non minus opto. porro
flagranti animo expeto mihi vt renuncies qua fortuna gau=
deas. vt quem te vnum maxime a deo sanū esse: atqȝ incolu=
mem intelligerem. si acquiesces peticioni huic mee efficies vt
plurimum tibi debere cognoscam. siquidem in ea re pauli tui
non obliuiscaris! cum diuinis officijs incumbas. et pro ipso
deuoto ores. Vale et omnes fratres tuos qui memores mei fue
rint nonnunqm̄ salutis verbo alloquere Iterum vale.)

Corrigit obscure scribentem

Jdi litteras tuas: quas ad me pro cantoratus statu scrip
sisti Et qm̄qm̄ vltro citroqȝ eas ipsas legissem vix vllam
potui animo complecti sentenciam: ac plane intelligere. tam
sicce sunt fere omnes: atqȝ exangues oraciones tue. et nisi can=
tor meus clarius manifestasset haud quitqm̄ tibi respondissez
tu dabis veniam q illa stili officio nunc designo. quia correc=
cio amantis et vtilitatem prese fert. et amici munere non caret
clare enim scribenduz est! vt legendo amenitas sit. iocūditasqȝ:
atqȝ in intelligēdo nlla succurrat difficultas. porro vt benigne
illa pieqȝ depingebaz / ita et tu quoqȝ pie suscipias. et de hoc
satis. laboras pro statu: et vt te assumam rogas Nescio certe
quid respondebam. existimabam cantorem quem nunc habeo
diucius manere: atqȝ adeo expetiuissem. nunc quandoquidez
ipse statum suum mutaturus / necesse est vt alius succedat. ce
terum nonnulli sunt / qui dudum conabantur nancisci. et qui
baccalariatus insignia susceperunt. eas obres nihil certi: nihil
firmi scribere valeo. quid tamē animi fuerit / non multo post
quando casus nunccium prestiterit significabo. vale et parce
illa tam grauiter scripsisse Nam in profectum si prope conspi
cies pergant Iterum vale.)

Epistola suadens vt neqȝ vanita
tibus se neqȝ mulieribus inuoluat

Exfunctus es optime adolescens: et baccalarie suauissi=
me patrie amenitate. ad decursum nunc temporis satis

longum. si vna et studij tui et virtutum exercitacione vsus fue-
ris bene est Necq̧ enim nūc dubito quin ea nō obmittes / que
ad excellenciā vite pertinent. et fame magnitudinez prese: et dig
nitatem agunt. equidem a me sepissime audieris: et quidez ip
sa esse / que hominē extollunt: et omniū preclarissimum red-
dunt. que si iam accipere paratus es: et ipsa illa sequi / sencies
fructum indesinentem. quid vero moturus venio / paucis re
feram id videlicet vnum / sciencijs bonisq̧ disciplinis laborez
impendas. nec quitqm̄ tam arduum sit / a quo propter diffi-
cultatem abhorrescas! cum ex eo ipso doctrine incrementum:
aut aliqua vtilitas sit eventura. nō seducat te vł abstrahat que
so illorum sermo / qui dulce nihil reputant nisi vanitatem: et
que oculis externis apparencia intuentur. vt illi sunt qui vel
ludo insistunt: vel libidinem cunctis rebus preferunt. saluos
se putant. quando mulieres amplectuntur. talis est prophano
rū condicio: et illoꝝ qui a proprietate sapientū longe recedunt
tu fac vt cepisti ⁊ lubrica illa! et que illecebras in se continēt floc
cifaciendo. dabis operaz vt adipiscaris recta viuendi exempla
comprehendasq̧ optimarum arcium tractacionem. in quibꝰ
decor omnis est racionisq̧ amplitudo. ac de illis siquando ad
me veneris apercius loquar. magno eciam gaudio affectus
eram / tum cum consanguineus tuus (qui has tibi presentat
litteras) retulit te interdum ad me venire. exultarem leticia: ac
subinde curarem familiam patris inuiserem tui. itaq̧ vnum
si tibi cordi est: atq̧ eciaz tu oportunitatē sencies quandā / ob
secro aduentum tuum non differas. verum aduoles cum ami
co tuo. et quam mihi debes pecuniam tecum afferas. scis em̄
pauperem me esse et velut posituz in maxima inopia. propter
debita ad quę quondam me inuolueram / quando ad magiste
rium me applicaui. et quibus vnqm̄ rebus tibi complacere po
tero nihil obmittam. vale.)

Agit gracias pro honore sibi ostenso

Ogit me summa quam in te habeo dilectio vir optime ex
cellentisq̧ magnificencie / illas ad te scribo litteras. nego

cium arduum nullum est impellens: nullaqꝫ necessitas inter=
ueniens. sed ea ipsa iam dudum mihi a te facta reuerencia! suc
currebat ammonicione quadā incitans illis te litterulis meis
alloquerer Itaque coniunctissime magister summopere cupio
te q̄maxima gaudere valitudine. atque eciam queque sint=
spectancia / et ad corpus: et ad fortune res secundas: et ad ani
mi vigorem opto dignitati tue ex sentencia euenire: equidez se
penumero cogito quo pacto prestancie tue pro his quidem ip
sis honoribus quos mihi ostendebas tibi complacerez. at quo
quo me verto: et quam vnq̄m inspicio facultatem meaz / nihil
reperio quo recompensare possem. atqui vehemencius cogno
sco me tibi debiturum! quod illo tempore quo benificencie mu
nus abs te susceperim / nihil ante aut reuerencie: aut honoris
effecerim. congruum tamen fuisset: amicumqꝫ: ac consenta=
neum et veritati: et honestati exhibuissem tibi! propter virtu
tum insignia! que tuz adeptus eras. sed defuerunt quibus ego
perficere deberem: tua vero dominacio nihil obmisit! quā q̄m
ad te nō pertinebat. atqꝫ ideo humanissime magister sic de me
habeto quibuscumqꝫ potero negocijs aliquid vtilitas aut rebꝰ
conferre: aut obsequiosus videri / darem profecto operam / vt
maxime officiosus viderer. cupio eciaz videre aliquando dig
nitatem tuam! et contueri prospera ne sit fortuna. vale prestan
tissime magister.)

Rogat magistrum vt adolescen
tem in domicellum assumat

Rogauit presenciuz ostensor coniūctissime magister virqꝫ
multarū litterarū scriberē dignitati tue: atqꝫ eciā preces
pro eo facerez. cupit enī et eiusmodi propositi est / se velle gere=
re discipulū tuū. fuit anno elapso mecū: ac proinde existimo
reuerenciā tuā eundē agnoscere. ꝛ quia officiosuz hꝫ ꝑntē satis
qꝫ humanū: multaqꝫ mihi ostēdit benignitatis munera. ꝛ quid
quid adolescēti efficere valerē ꝑntuz causa / libētissime ꝑficerez

cum ea quidem ex re comodum ipsis aliquod esset eventurus ac ideo suavisse magister. preceptorq optime supplico domi nacioni tue illum ipsum ad te recipias! vt domicellum tuum pro competenti pecunia. ita videlicet / ne aut ipsius esset ag gravacio: aut dampnum tuum negocium tale contineret. pa ter eius artifex est. manibus nutrimentum acquirit. cum ta men ad promocionem / quod iudicio tuo et valido: et gravi relinquo aptus videretur domuz haberes: atq adeo honestū. fac eñ vir prestātissime: atq optime / vt mea in te est fiducia vtq adolescens senciat scripciunculam illam sibi profuturam est enim probus / nullis vanis negocijs circumamictus: ple rumq studio adherescet: ac plane insudabit. et siquando qui diciores essent ad te vt se reciperent possem persuadere facerem diligentissime. vale optime magister.)

Consolatur oppressum a fortuna

Vmma tua in me amicicia: et singularis quidem amor efficit quod hoc tempore ad te scribo Illud certe permag num censeo facultatis nostre munus / quos amore observa mus / vt nulla taz remota sit loci distācia / quin eos alloqui: at q adeo poterimus et in ipsorum rebus secundis gratulari: et adversis condolere. scio autem fortunam tibi non esse omnio prosperam. de quo quidem (vt audio) haud parvam conce pisti tristiciam. velim profecto mi baccalarie suavissime / mo destiam animi complecteretis. Cogitares quoniam bona illa non nostra sed fortune sunt. que dum vult ostendit: rursusq aufferet. at vt veruz fateor: et vt in antiquissimis legimus co dicibus / nulli fortuna diu blanda est. ob eam causam sagacis simi homines / quibus magnū est in sapiencia nomen / spon te que fortuna dederat abiecerunt. quis vero resistere potest sapiēs Js vero qui virtutibus laborē impendit fortunā repu diare queat Te igitur moniturus venio / ne angoribus succum bas / qui hominē opprimūt. et sepenumero ab eo qd honestius est alienū reddūt. cogita q multi a fortuna derelicti / in studijs disciplinaruz vite splendorem comparabant! quez neq fortune

temeritas auferre potest: neqꝫ hominum malicia labefactare. Insiste iaꝫ bonis artibus. sequere rectis viuendi exemplis: vir tutumqꝫ pulchritudinem ammirare. tum ea consequeris que sempiterna sunt / et nullo casu variantur. spero propediem te cum fore. et quibus in rebus vtilitati esse possem perficiam di ligentissime. vale.)

Manifestat manum a scribendi racione propter alterius tarditatem abstinere

Oquebaris mihi sepius meis vt te visitarem litteris. ab straxi paulisper manum a scribendi officio. cum multis rebus: et fere infinitis essem prepeditus. tum quod apparuit mihi te habere ad dicendi preceptionem remissiorem animum quam quondam habebas. scis eciam mi fautor quociens fla gitabam saltem ad me vulgares conficeres epistolas tuas. tan dem vero eo peruentū est / vt si a me trinas suscepisses litteras non vnas vidissē e manibus tuis euolare. profecto apparuit nos acceptam tibi esse scriptionem meam. sed non immemor sum quanta fuit inter nos amicicia. eamqꝫ ipsam nondum ar bitror esse extinctam: aut deletam. summa tamen me tenet am miracio / quid rei sit: quidue tam grande negociuꝫ / vt sapci uncula tua nequis me salutare. censeo vite tue tractacioneꝫ mi nus esse frutecosam / quam mea est Equidem alia res est te im pediens quā interloquendū interdum protuli in apertum. ve rum ne offendaꝫ dignitatem tuam / illa que sencio preterire pu to. at siquando simul fuerimus de hac quoqꝫ tum te maiori li cencia tecum loquar. hoc saltem explico si verum concepi reb⁹ te esse multociens inutilibus circūseptuꝫ Tu si voles ad te vn qm̄ scribam / fac vt videā litteras tuas. et nunqm̄ manus mea cessabit. nunqm̄qꝫ conficiendi calcem: ac plane terminum po nam. vale.)

Scribit enim vt quem diu non vide rit possit interdum alloqui litteris

Rbitror vir prestātissime: atqꝫ optime: qm̄qm̄ ad te litte ras mando parum tibi cognituꝫ esse / aut nomen meum:

aut personam. at si memoriam reuocaueris nomen tenes. persone autem cognicionem haud facile habueris Nam vt verum dicam / in cursu vinginti annorum nulla me hz recordacio quod vel faciē tuā uidisse: atqz vt opinor / si casus aliquis te vt videre se offerret / nisi coniectura quedā faceret / dominacionem tuam non agnoscerez. sed quid est (dii boni) quod litteris significo. certe nihil aliud q̄m me gratulaturum iri q̄ vnus es e conterraneis meis quem virtus meritūqz extulit. et quasi splendorem quendam ceteris fere ad intuendum collocauit. cupio te videre: et animo quidem flagranti: et iamdudum hoc quoqz desideraui Nec mirare. nam fama crebrescens sepenumero non solum incognitas: sed hostes interdum in fauorem reducit. equidem rumor ipse masinissam scipioni fecit amicum! licet primus aduersus romanos esse consueuerat sic eciam latrones litterno in exilio scipionem gliscebant conspicari! tametsi omnium hominum hostes extiterunt. ac preterea virtus ipsa multum efficit. parit amiciciam: gignit fauorem. bonos copulat: animum nobilitat. vicia effulminat. prestatqz rectam viuendi viam. an te virtute munitum predico ex hoc intellige Nam neminem eleuat hominum extimacio: atqz adeo sapiētum ni fulgor ex eo virtutis reluceat: suscepi te esse facundum eloquentem virum. at dicendi preceptio ex intimis fluit sapiēcie fontibus! vt maiores nostri elegātissime ferunt prefuisti notariatui / ciuitatis satis famose. et item in maiori iam dignitate constitus. quod magnum mihi argumentuz est te esse preditum quauis et racione: et elengancia Nam quem superiores nostri extollunt / presertim cuius ortus generosus non est / oportet ex eo splendescate veluti iubar quoddam virtutis. nec existimas obsecro assentacionem me obseruare! quod vicium vehementissime detestor Non enim loquor ad graciam: neqz ad therencianum obsequium: nec eciam gnatonicum munus mihi vendico. verum quod litteris depingo facit vt maiorem

ad tuam habeam dignitatem scribendi occasionem. profecto
racio nostra est et quod maxime ad litterarum studiosos perti-
net si velint sine causa necessitatē retinente scribere valeant. et
cum ad ceteros veloces habeam manus / calamum quasi vo-
lantem / autumabam reuera non omni carere officio scripciū
cula mea te alloqui. tuū est vir magnificentissime / bono ani
mo recipias. interpreterisqꝫ in partem meliorem. maxime qui
dem ꝙ latine litteras confeci. siquidem ad me peruenit / te ali-
quando vsum fuisse hoc conficiendi genere. atqꝫ ideo oratam
facio magnificenciam tuam si aut sermonis ex indisposicio-
ne: aut condicionis forma litterarum non nullam conciperes
displicenciam / non e mente sinistra ortum id existimes / sed
ignorancia qnadam vite. ac consuetudinis tue: scripsi leiloch
pariformiter latine! quem certe fama multorum clarum: illus
tremqꝫ facit Nam scitum est quod quondam optimis artibus
multū laboris impendebat. neqꝫ enim credo quod aut sibi: aut
prestancie tue ingratum fuerit Nam licet ceteris quibusdā sis
negocijs tractacionibusqꝫ applicatus / inuisere tamen studes
vt reor / cum datur ocium quid in se latini boni littere contine
ant ac postremo ex te cupio. minutis saltez litterulis scire / qua
gaudeas fortuna. qualis sit valitudo tua. et si placuerit scri-
bas vulgariter Non enim minores sunt apud me pōderis vul
gares littere q̄m latine / si ornate sunt: et benedicendi preferūt
diligenciam. quas tu conficis ornatissime Ceterum ꝙ singu
larite nuncupo numero. et fortasse modo preter huius seculi
et ritum: et consuetudinem. scias me in hoc morem sequi eru
ditissimorum virorum! quos et nostra veneratur: et vetusta-
tis etas. hoc pacto scripsisse video ciceronem meum! a quo di
dici. hoc pacto quintilianū virū illū litteratissimūqꝫ: hoc pac-
to deniqꝫ omnes priscos mandasse. Grecos hebreos latinos
non solum gentiles: verumeciam eosipsos qui ecclesie: ac reli
gionis nostre colūne sunt. video in hoc genere esse augustinuz

lactancium ieronimum cipriānum basilium / qui cum diui-
num eloquium auro argentoqꝫ eloquencie vestierunt semper
singulari vsi sunt numero Nempe decorem nos maiorez: lau
demqꝫ et dignitatē attribuimus / qm̄q pluraliter loquamur.
de hoc satis. valeat dignitas tua feliciter.)

Consimilis epistola vt precedens

Vod ad te scribo nlla me cogit necessitas. sed amor quē
cum in omnes habeam qui ad virtutum cacumen ascen
dunt: tum in eos ipsos / qui mihi coniuncti sunt / aut fami
liaritate aliqua: aut patrie cognicione. scio te mihi conterra
neum esse et qualis quondam tua fuit vite condicio memorie
tradidi. insudasti optimis artibus. quantum fragilitatis ex
ingenio apprehendere potui / libros plurimū amasti. sed lon
gum nunc tempus elapsum est. multi anni preterierunt / in
quibus nec vnqm̄ faciem tuam viderim. audio nunc te con-
templacionis studium postposuisse. traditumqꝫ esse republi-
ce / in qua profecto multo maxime virtus tua ingeniū racioqꝫ
manifestetur. optimum factu est ne sapiens veri investigacio
ne a rebus agendis abducatur. virtutis em̄ laus omnis in ac
ciōne sit maiores nostri romanorum clarissimi fecerunt. cense
bant enim nihil esse quod ad bene beateqꝫ viuendum plus con
duceret quam colere pietatem: et iusticiam in republica. ni-
hilqꝫ huic principi / qui omnem mundū regit deo / quod qui
dem fiat in terris acceptius. sed miraris vtpote / quod mō
ad te litteras do Nam vt verum fateor / neqꝫ mihi plane psua
dere / an vllam habeas noticiam mei. at nominis memoriam
te retinere arbitror. sed persone an quanpiam habeas cogni-
cionem non video. at mira res tibi non appareat. nam iste mi
hi vite modus est / vt multis scribo / quos ad virtutis gradū
proxime sencio accedere. te fama hominum extollit. facundū
virum: valentemqꝫ in causis: contrauersijs proclamat. certe
gaudium mihi est: singularisqꝫ leticia / quando talia suscipio
imprimisqꝫ de eadem terra: opidoqꝫ sumus. cupio videre vul
tum tuum: et locum in quo es Nam genitor meus in eo nat⁹

est: atq3 educatus et ita quasi quedam specialis mihi videndi
est inclinacio. dabo operā / vt siquando / a negocijs me remis
siorem faciam opidum intuebar. et non pretermittā qui n pre
stanciam tuam conspecturus veniam Tu dabis veniā vir ho
nestissime si preter morem fortasse fuerit tum latine conficere.
Nam reor tibi complacitum iri! quandoquidem non parum
latinas litteras complexus. sed quid abs te postulo: vnuz hoc
vt paucis mihi scribas: innotescasq3 valitudinem tuam. fortu
nam et quidem secundam. pro qua tua in me beniuolencia me
tibi debiturum semper cognoscam. neq3 precor egreferas / q͛ sin
gulariter te appello Nam in hoc tullium sequor. aliosq3 preda
ros viros in dicendi preceptione. vale.)

Excusans se de opinione alterius
et quod binas litteras non acceperit

Vdius tercius / suscepi litteras tuas In quibus altera lu
ce binas me accepisse forsitan litteras a burckardo comme
mores quas mihi tum miseras! et in rebus expediendis tuo no
mine quas suscepisse debuissem / negligentem me arguis. res
mihi aliena est: et prorsus ignota Nullā enim a te habui scrip
tam epistolā! preter eam quidem ipsam / quam in oracionib⁹
ac in volumine oracionum impositam cum libro ipso accepi.
nihil enim / neq3 de negocijs tuis expediendis! vt cōmemoras
Neq3 de binis litteris mihi constat. neq3 certe ad me peruene-
runt. videas tu si quas scripseras / quo migrarūt Tum miror
qua duceris fingendi delectacione / quod burckardum hospi-
tem meum nunccias. aut quid hec noua sibi velit excogitacio
gradus est: et velut iter ad suspicionem. neq3 ad quam partem
interpreter plane decreui Nunc venio ad aliam accusacionem
in qua insinuas me velle querendo te: non scribendo vincere!
mittendis epistolis. primus es qui victoriam illiusmodi conse
quebare. censeo enim q͛ multo celeriores manus habeo q̄m tu!
dum de dictandis litteris certamus. ceterum vt arbitror si alia
tibi succurreret scribendi racio / illa obmitteres. cupio tamen
quicquid rei fuerit: aut quo nūc spiritu sis perductus velis de

clarare. vale feliciter.)

Narrat q per fratres sibi missa epistola pdita sit

Cripsisti ad me forsitan per frates illos / qui minores de obseruancia appellantur. qui monasterium in kempnitz incipiunt. sed ipsi quidem illi epistolam amiserunt. dixerunt tamen / te scripsisse / qmprimum a scolis liberarer / te visitatū venirem. miror que causa sit Nam dicebant vt nullatenus obmitterem / quin vie me exponerem. scias me absolui a scholis ipsis Sed velim qmprimum posses / vel per nunccium presencium: vel per alium quencunqz posses, rem mihi ipsam significares. vt cognoscere valerem: ac eciam plane intelligere vtilis esset ne an ardua causa impellens. et quo ego possem vnqm modo / complacerem tue in me societati. vale.)

Scribit constanciam velle pre se ferre

Etsi multa interloquendum inciderunt cum in grymmis fueram nunc cū monachis conferens: nunc cū quibusdam alijs / nullius tamen / aut rei: aut hominis tanta frequēcia incidit memoria / quanta certe tui Neqz paucis iam comprehendere possem calamo / cuiusmodi plerunqz iodocus silanus mihi a te prolata retulit dicta. que vt sencio fere omnia in vtilitatem meam pergencia Times vt percipio stabilitatem me non habere Non miror. quia maximam omnes facilitatez in his rebus ad faciendum pre nobis ducimus. et postquā ipsa ossibus inheserit: nihil pocius qm cedere furori. verūtamē virum me agnosco. atqz eciam qua ego racione constanciaz teneam summo conatu cogitare soleo. censeo autem tum fortitudinem amplecti / c ū me ipsum prestitero racioni mee obedientem. videbis me a proposito nō discedere. tu vero tuis in factis erga me / quid tibi congruat non ignorabis Ego autez stu deo me accingam: vt pene omniuz qui me diligunt amiciciā charitatemqz augeam. eorum vero qui odio me afficiunt beniuolenciam vt acquiram / non minus conabor. hoc quidem maxime fieri arbitror / dum beneficia in me omnium memorie tradaz. tua imprimis / nequa possis (forte si velis) paului tuum persequi accusacione. clarescit profecto cum te summuz

mihi amicum: fautoremq; profitebor! in eo quidem vno / qđ multorum manus incidet. variaq; feret iudicia. tunc plane ꝑcipies / quanti te faciam / quantamue tuam mihi esse velim / et qm̃ profuturam necessitudinem. vale.)

Vt quidā ad aliū eat et loquat̄ nomine pecuniaruz apud quendā inhibitaꝝ ne cui dent̄

Krebrius mecū erat nachtigal / pater adolescētis nicolai de kempnitz pie defuncti! quē quōdā dignitati tue vt discipulū cōmendaui. rogauit ipse domiacioni tue scriberē / presentibus his quidē viris! qui has tibi presentāt litteras manuductionē quasi nōnullaz prestes ad magistrū N. sunt em̄ postulaturi aureos quos! vuos magister. N. vt aiūt min⁹ iuste recepit: aut arestare apud aliuz quendā fecerit. qm̃obrē ego cōdescendēs peticionib⁹ eius / rogans qua valeo / et diligēcia: et studio iter quoddā ostēdas / eū magistrū iaz dictū cōueniant: ac sermones vna secū cōferant ꝙ ego quibus vnq̄ꝫ potuero reb⁹ erga domiacionez tuā si aliqua saltez dabit̄ facultas ꝓmerebor.

Scribit alium velle visitare quare opus non est / multa scribere

Criberem ad te multa! nisi forsitan instituissez prope inuisere qualis esset et fortuna tua: et prosperitas rerum familiarium. scio enim ꝙ me amas: et in numero precipuorum amicorum locas quid amplius scribaz ignoro. nisi hoc quidē iam vnuz ꝙ tantaz tibi quantam et mihi exopto valitudinez.)

Petit vt littere incluse aliis dentur

Ptime magister: et fautor imprimis chare / te oratum facio / litteras quidē ipsas in tuis mō inclusas velis / aut ad magistrum bussonem blumen in hallis: aut ad casparem tobis mittere. et parce vt tam tenacem me in scribendo / tuā erga in me amiciam: et quasi illiberalem. multa iam fuerunt / que impedimenta afferrebant. verum tuam haud latere volo dignitatem mecum instituisse / finitis iam nundiuis liptzk constitui. atq; hec cum ita contingent / videbo quid studiis complectaris. qualesq; fuerint felices euentus tui: ac secunde fortune.)

Agit graciam pro munere sibi dono donato

Vscepi gratanter donum tuum ! quod mihi dono dedi
sti Nec quantum profecto munus valet : sed quantaz tu
am in me benignitatem : et liberalitatem intellexi . ceterum pos
tulas in ipsis quidem illis quas proxime litteris ad me confece
ris te q̄m̄primuz inuisam . fecissem ni obstacula tanta fuissent
vt absq̄z incomodo meo nequaq̄m̄ potuissem . verū si ocio frue
rer tercia feria nunc ventura te visitarem . et hactenus de illo . s
animaduerte / fuit mecum persona quedam ! forsitan vt arbi=
tror tibi familiaris : multisq̄z obsequens in rebus . precabat̄ ea=
dem dominacionem tuam rogatam facerem / eam quatenus
amiciciam ei ostenderes / crederes duos aureos renenses . q̄ er
ga te veluti ante egerat promereri conaretur Ego spez dedi bo
nam ! quandoquidem multa liberalitate preditus es . quis ta=
men tibi animus sit litteris mihi significato . vale .)

Scribit quantas patitur febres
rogatq̄z vt poma sibi mittantur

On dubito vir optime atq̄z magne dignitatis / quin in
hac acerba mea : et amara infirmitate mihi condoles . tā
tas sustineo corporis perpessiones ex caloribus vehementissi=
mis ! vt nisi experiencia cognouissez / vix vllo credidissez . mor
bum illum egrotum tanto cruciatu afficere . parum comodo .
non sinit egritudo . multum bibo . efficiunt hoc calores nimiū
incense . rogo autem dignitatem tuam si posses : atq̄z eciā si te=
cum haberent̄ aut apud illos quibus esses notus : et exauditus
tua domīacio tantū humanitatis ostēderet / poma mihi mit=
teres : aut apud alios impetrares vt mitterent̄ . q̄ omni labore :
et studio cum valencior fierez libenter promerebor vale .)

Epistola rogās vt adolescēs a beanio deponat̄

Vpit adolescēs ille optime magister deponi a beanio : cō
iungiq̄z laudabili studenciū consorcio . fecit me rogatū ti
bi scriberem in tutelam ipsum tuam reciperes Nam ad te indi
nacionem habet ! cum multis alijs de causis : tum hac vna q̄d
conterraneus eius es . velim itaq̄z coniunctissime magister hu

manitatem eidem ostenderes / vt sentiret meam promocionem sui gracia factam non inutilem fuisse. demonstrasq; viam bonarum ipse possit arcium precepta amplecti Et siquid consimile acciderit nihil vnq; erit quod tuo nomine non accipiaz.)

Mittit epistolam / que facta est vt adolescens a beanio deponetur

Gisti mecum reuerende magister / epistolā conficerez / pro adolescente / vt a beanio deponatur. habes iam paucis quidem editam. siquid vero amplius possem efficere q̄ tibi placitum esset non obmittere. alias vero litteras ad Raynhardum cū dabitur ociū summa diligencia conficiam. vale.)

Increpat quendam q̄ studium bonarū arcium parua complectitur diligencia

Vondam eximiū habuisti litterarū amorem: et miram fecisti diligenciaz. ita vt ammiracio me soluz tenuit: sed q̄mplurimos eciā alios Nūc torpes / quasi nulluz haberes ampli⁹ appetitū ad optiās artes Nescio cur tibi hoc euenit / nisi quia infestare quibusdam negocijs alienis Sed reuera virum debes te meminisse / quem nihil a bonis disciplinis abstrahit. vide negocium meum. multa me iam cura sollicitant. sed nō puto me minus quam antea: sed magis qnoq; ad studium applicandum. q̄ et tu idem faceres vehementer expeterem. vale.

Scribit de ex temporali eloquencia

Vm mecū ipse cogitarē: repeterēq; sepius animo / quid plus conduceret studio tuo / vt posses demuz extemporalem habere eloquenciaz. aggressus sum scriptionez hanc / que est quasi iudicium quoddam ad verum: ac rectum iter loquendi Neq; hoc iam ita assumpsi: vt putarem multarum scriptarum / aut carmina ipsa: aut poemata non prodesse. veruz ad intelligendas eorum virtutes firmiori opus est iudicio. et assiduitas requirit longi temporis Et cū pleriq; de extraneis scribunt rebus: a nostris negocijs: tractacionibus alienis / q̄z difficile sit incipientibus ad quodq; nostruz subicere propositū / neminez latet / qui in latinitatis āplitudine aliquādo versat⁹

est. itaqꝫ duxi potissimum aliquid de his quidem ipsis locucio
nibus vestris stili norma depingere: atqꝫ in lucē producere Cu
ius dum nuclē degustares forte frequencior ꝓpensiore insu
dares Cognitum haberes quanta ego et diligencia: et cura in
tentissima semper te ad huius doctrine sollicitudinē alliciebā.
ꝙ et nunc itidem facio. propono enim tibi locuciones illas / e
quibus si velis / copiam quandam requires fundi: iterqꝫ non
nullum ducens ad alia que maiorem in se habent accrimoniā.
Tum grauitatem possis: et eleganciam retinere / et verborum:
et oracionum. ac postea diiudicare cuiusmodi inepcias in lu
cem dant ipsi illi / quorum opera non in bonis artibus: sed ve
lut in vmbra posita est arcium Tu coniunctissime martine ita te
applicato fructum inde possis exerpere. poteris autē si non la
boribus peperceris. si vsū comparaueris: si deniqꝫ discreciones
habueris inter barbarū: latinumqꝫ sermonem. atqꝫ hoc postre
mū si vestigia mea insectabere / fueris consecutꝰ vt summos
autores: peritissimosqꝫ orthodoxe fidei doctores cupididitate
inflammatꝰ ani leges alacritate Et ceteris eosdē semꝑ antepo
nis / qui suā ab his tanqm̄ e fonte quodā scienciā hauseriit.)

Scribit de inerti qui latinas litteras cōtemsit

Onuenit me homo magne dignitatis. parum vero intel
ligens in latinis litteris / prope dixerim nihil Conspexit
volumina / nouissime iā empta. qui cū intuerect lippis ocu
lis / et preter titulorum exordium non vnam intelligeret rigam /
impudico ore: amplis labris tumidisqꝫ: contumeliosis verbis
aiit / quid enim hee scurrilitates: ac inepcie vobis prosunt. cū
de lubricis rebus ferme omnes sunt poete. fui tum anceps quit
qm̄ ne respondere vellem. verum vt non victum me reputasset
nōnulla Ceceronis accepi verba / quibus defensum clarum il
lud lumen: sacrumqꝫ decus habebam. is autem non assuetus
in huiuscemodi locucione / dedit operam vt et sic loqueretur.
mira audisses. quanto magis exornare voluit / tanto plus de
ficit. nihil latinum: nihil elegans: nihil exquisitum suscepi=
sses. quem cum deriderem erubuit in facie plane confessus est
ignoranciam suam. hec te scire volui. vale.

Rogant quo pacto ſcienciā conſequi debeāt
Artoldus et ſcibalus arnoldo . S . p . dicunt adeo eſt di
lata ſuauiſſime iohannes fama tua ! quaz ſingulari con=
quiſiſti litterarum ſtudio ! vt non modo loquunť litterarū ſtu
dioſi : ſed eam quoqꝫ popularium voces celebrē predicāt . equidē
gaudemus ꝙ diuina clemēcia huiuſmodi ex noſtris ſuſcitauit
ingenium cuius bonitate quiuis allici poteſt ad virtutum doc
trinam : verum noſcis que vita noſtra ſit : et in qua verſamur
ignoracione Cupimus itaqꝫ nos emendare maxime quia no=
bis ſtudendi prebuiſti exemplum . qua proter dilectionez tuam
rogamus paruulam ſaltem oſtendas manuduccionez . itaqꝫ vt
in capeſcendis ſcienciȷs tutiſſime atqꝫ eciā quibus laboribꝰ ig=
noranciaz illam / paululuz repelleremus Neqꝫ ſi aureos dono
donares nobis mōtes plus debituros nos tibi cognoſceremꝰ .)

Reſponſio

Jttere veſtre / et quidē iocūde / peruenerūt ad me ! in qui
bus tantū mihi tribuiſtis / quantū ego nec agnoſco : nec
poſtulo . verūtamē / ita meā nūc vitaz inſtitui / vt malo in fal
ſo laudari / ꝙꝫ in vero vituperari . rogatis aūt a me ſtudendi ra
cionem : et modū quendā / quo ſecurius aſcendere poſſetis ad
ſcienciaꝝ faſtigia Nequeo certi aliquid reſpōdere ! ni plane in
telligam vite veſtre tractionez . et quibus proprietatibus arciuz
inſudare ſoletis . que cum ad me ſcripſeritis ſiquaz valeo prece
pcionem demonſtrabo . vale .)

Jbalus et bartoldus Johāni arnoldi . S . p . d . difficile
nobis eſt perdulcis iohānes mores noſtros : et quibus in
anibus rebus verſamur reuelare : et niſi vt aȷs ad ſciencie perti
nere argumentū nullatenus vitaz noſtrā / tam enormem : tan
ꝙꝫ corruptam manifeſtaremus Nempe ſic viuimus . primum
quando patriam reliquimus / non pecimus particularia in
quibus ſtudium floruit Sed intrauimus ſcolas paruorū opi
dorum ! in quibus doctrina aliqua erat : nec ſciencie commen
dacio . cuſtodibus eccleſiarum fuimus familiares ! traximuſqꝫ
campanaꝝ funes . ab omī nos dimouimꝰ honeſto negocio . ꝙ

ſi accideret interdum ad bona nos reciperemus particularia /
diſciplinas nulla proſecuti ſumus diligencia ! nulloſqꝫ comple
uimus actus Siquando contingeret / vt eſſemus / aut in ſco
lis : aut in choro . apparuit longior hora q̄m dies ! dum ſpaci
andi gracia in plateis deambularemus . nullorum ſuſcepimus
preceptorum verba . quicquid dicebant paruifecimus . ſchola
res abſtrahere ceteros a doctoribus conabamur : omnezqꝫ fu
gimus caſtigacionis modū Itaqꝫ nihil ſcimus : nihilqꝫ intelli
gimus . aſinis perſimiles ſumus ! quibus nec racio eſt : nec ap
petitus ! ad aliquos honeſtatis gradus . atqꝫ omēs vt ſumma
tim dicamus bonas litteras frequenter aſpernati ſumus . muſi
calia inſtrumenta : laijcorum conſorciū tabernas coreas puella
rum : ac mulierum fauorem curauimus . nunc ſiquod poſſes
remediū / preſtares . pro quo tuo erga nos beneficio quicquid
poſſemus / perficeremus libentiſſime . vale .)

Reſponſio

Ohānes arnoldi Cibalo : et bartoldo . S p d Epiſtolaz
veſtrazq̄m cum intuerer / ſummū concepi horrorē . prop
terea q ignorabaz an vobis conſulere proſit nec ne . difficile eſt
conſuetudinem longo tempore aſſiduitate corroboratam relin
quere Neqꝫ aliud quoddam grauius bellum eſt / q̄m cum quiſ
piam ſibi ipſi repugnat . hoc eſt conſuetudinem cum repellere
conatur . quod ſi fortes eſſe velletis pugiles : et incredibili qua
ſi laborum tollerancia quadā vires adipiſci / forſitan conſola
cio nōnulla fieret vobis Sin minus nihil ſane moleſtuz vobis
dicam Ceterum ne oracionez protrahaz id primū ſuaſurus ve
nio . ſentinas viciorum in quibus hactenus iacuiſtis / dimit
tatis . et id in vos recipiatis / vt oppoſituz vite veſtre non recu
ſetis induere . preterea ſi antehac nullos compleuiſtis actus /
nunc vero et diliyentiſſime complete ! vel minimos quidez . ob
ſeruate preceptorum ſtatuta : eaſqꝫ non minus / q̄m aut ſtudiū
ipſum ! aut parentes diligite Caſtigacionez vero ſiqua pro de
licto infertur pacienter ſuſtinete In eo quidem loco dum per
quindenam fuiſtis ad me ſcribitote . Et ſi a meis vos tum per

suasionibus discedere non senciam plura precipiaz / que in vti litatem vobis pergere existimo . valete .)

Narrant quidam q secuti sunt alicuius consilium

Ibalus : et bartoldus Johanni arnoldo . S . p . d . Secuti sumus optime iohannes consiliū tuū Nunc enim elapsa est quindena / q in particulare istud ingressi sumus suasu tuo / in quo huiusce est studiū vt nimiz breui in tpe ad ipsū applicati claros crescūt in viros At magister nimis durus est : vehemensqz ad corrigenda facinora . haud secus / ac pulueriles : et primam agentes etatem quenqz ipse tractat . paruulo pro delicto discipulos ita increpat / vt interdū percussiones maiori tolleremus paciēcia . plus cencies in hoc breui tempore anim⁹ fuit nobis recedēdi . collaterales nos ut magistrū tenere necesse est Sed quoniā ita instituimus nunqm velle a persuasionib⁹ tuis discedere / eciāsi magna preterea subiremus pericula . tantum apud nos tua valet preceptio / quantū alicuius hominis valuit . venimus rogaturi / ampliora velis scienciarū precepta ostendere / vt tandē insiciaz nostraz propulsaremus . vale .)

Responsio

Ohannes arnoldi Cibalo : et bartoldo . S . p . d . Bene de vobis sperare incipio . si meo nūc a psilio nō discedatis Timui vehemēter / ne animi ,ppter mollicies : ac instabilitatē propositū vestruz abiceretis . veruz in eo loco estis / vbi studiū maxime viget . estisqz sub tali preceptore / a quo vitam indies meliorare potestis . ac demū autoritas viri doctissimi partim splendorem : partim ciuitatis fama procul dubio affert . sed q res illa / aspera pene : et intollerabilis videt' nulla me tenet dubitacio Nam inceptio quauis in re / omnibus hominib⁹ grauis est Cum vero consuetudinem studendi faciatis senceretisqz profectum / vobis inde euenturuz / non modo non aspera videbitur . sed res quoqz iocunda : et dulcis postulatis alia precepta Id primū mando (de quo ammirati estis) collaterales tanto afficiatis honore quanto soletis ,psequi rectorem ipsum

venerit interdum vſu / vt plus doctrine / a collateralibꝰ / q̄m̄ a magiſtro ſuſcipimus Jam precipiendi facio finez ! donec ſignificaueritis / qui actꝰ veſtri ſunt : que lectiones : atqꝫ exercicia

Reſponſio

Jbalus et bartoldus Johanni arnoldo . S . p . d . Actus noſtri pro diuerſis / diuerſimodi ſunt . vt cuiuſqꝫ ſit ingenium diſpoſitū (inquiūt preceptores) ita quoqꝫ debz / aut ad altam ſeſe applicare materiam . aut ad humilez . primuz elegimus petri hiſpani quoſdaz tractatus ! pro his quidem qui maioris ſunt intelligencie : ac dijaletice ſtudent Eadem ſub hora primam doctrinalis gramatici partem elegerunt . actuſqꝫ eſt legibilis magno in volumine ! quem ipſi librum hugwicionis nuccupant . at eciam exercicium eſt quoddam in modiſſignificandi : quoddam in oratoria arte / autoris videlicet Ciceronis / reror eam materiaz de officijs appellant . poſtremo compoſita practicantur verborum . declarabiturqꝫ liber nōnullus eberhardi . quem greciſtam cognominant . habes iam : ac plane intelligis cōiunctiſſime iohannes modū ſtudendi ! qui noſtra obſeruatur in ſcola . ſperamus / vt quemadmodum alijs in rebus q̄m optima dediſti conſilia : ſic quoqꝫ aſſis inſtructione ! ad quid potiſſimū nos applicaremus . innoteſcaſqꝫ eciā / qui ex his libris : et autoribus maiorem nobis allaturuz eſſet profectum . quo nihil eſſet vtriſqꝫ nobis acceptius : aut gracius .)

Ad illam reſponſio

At plane ſuſcepi moduz ſtudendi ſchole veſtre . verum vt moduz diſcernendi habeatis inter libros / non inutile arbitror . animaduertite quid dicturus ſum et delectuz habebitis quorumqꝫ actuuz . principio petri hiſpani loijcam / nequaquā negligite . dijalectica dempta cetere ſciēcie . atqꝫ artes nihil poſſident diſputacionis : nihilqꝫ ꝓbacionis . at volumē iſtud hugwicionis . immēſe magnitudinis non magnū comodū vobis affert . minuſqꝫ eberhardi tradicio . rarus eſt rarior qꝫ coruo albo / qui doctus ex his euaſiſſet gramaticis . verba cōpoſita : ac deponentalia queqꝫ eciam que conſimilia ſunt / pro temporis ſunt ꝑtractacōne . ab his quoqꝫ quātū poteritis vos ab aliena

te Sed quid de Ciceronis dicā officijs ? que talia sunt / omniū ferme philosophorū libris precellūt ! qui moralē explicāt philosophiā . nō soluz videbitis philosophie pcepta : Sed stilum eciā / autoris : oratoriśqz eruditissimi . hūc vos summo persequimini studio . ac quidem ita diligite / vt nihil maiore a vobis diligencia afficiatur . reddet enim quenqz eloquentē scientificum vt eciā quancqz nimaz facilius poteritis . quod si feceritis ppe est vt enodetis nō modo docti : verūeciā multis doctiores.

Deridentur litterati alaicis / q solis eclipsim totam prenosticabant / et non euenerit

Anta apud nos derisione optime fautor / omēs pene afficiunt litterati ! q nullo possuz satis sermone explicare . ppterea q in eclipsi nō prorsus sol obscurabatᵣ . atqz vt verū fateor / ⁊ ipse nūc de hoc admiror Naz omēs fere astrologorū libri : scriptaqz eorundē / solez penitus eclipsari predicabāt . tu si huius rei causam ad me scribas rem facies gratissimam . vale .)

Responsio

On te permoueat popularū clamor ! q solis non venerat eclipsis / eo quidē eciā pacto / quo ab astronomoruz iudicabatur doctrina . fit em̄ aut raro : aut nunqm̄ tocius orbis p spaciuz Itaqz habeto / quāuis apud nos / per eclipsim sol nō omnino obscurabatᵣ . versus tamē meridiem omnino extinctū fuisse Id certe ipsi voluerunt / astronomie studiosi Eam ob rem layćorum a te ppulsa oposiciones ! qui crebo plus odio in doctos viros cōmouentur qm̄ racione : aut causa honesta .)

Queritur quid solis eclipsis significat

Verunt a me multi quid solis ipsius dsignat eclipsis nulla vero mihi est in astronomia sciēcia Itaqz nullis respōdere vale Te vero precatū facio (qui multa nouisti in hac arte) siquam habes significacionē mihi innotescere velis / vt et his ego / qui ex me scire cupiunt / quandam huius quidem solis proprietatem extinctionis edicere queam . vale .)

Responsio

Ulta est significacō eclipsis primuz charitatē a nnone designat . tum lites : pestemqz ac plurima mala Sz racēz habeto !

ne illa vulgo vt verissima dixeris Nā princeps ille qui totū re-
git mundū in melius vertere potest Itaqꝫ populo dicendū est/
deum timeat. quod si non fecerimus signum illud sit/grauis
simo velit nos malo constringere. vale ꝫ)

Cur bohemiam tam repente reliquit

Etulerunt mihi parentes tui pdulcis amice te esse in bo
hemia. pridie vero ad me rumor delatus est te redijsse. mi
rabar vehementer/quid rei esset tam repente terraꝫ illam te re
liquisse. que cum sic animo voluerē/non potui non ad te scri
bere Tua si societas causam huius rei stili officio designaret/
nihil foret quo magis placitum iri mihi posses. vale.)

Responsio

Nimaduerte/et causaꝫ quaꝫ postulas/facile intelligas
recepi me ad bohemiaꝫ: bragamqꝫ conspicere arbitrabar
sed in medio itinere rumor exortus est/omnes viaruꝫ aditus
latronibus esse preclusas! propter dissensioneꝫ prouincie ipsi⁹
quod ego considerans reuerterim! ne periculum: et forsan gra
ue inciderem. hec est causa reditus mei. vale.)

Petit vt narrentur vera sint que
de bohemis narrantur nec ne

Ulta de bohemis dicuntur/que lamentacionem pocius
q̄m ammiracionem afferunt Sed dubitabam vehemen
ter/an ea quidem ipsa a multis narrata vera essent Tu cuꝫ in
eādeꝫ fueris prouincia firma possis certaqꝫ ad me scribere. fac
enim vt noscā illa ipsa que magnopere scire cupio. Neqꝫ nunc
quicq̄m est/quod ardenciori animo percipere exopto. vale.)

Responsio

Ostulas rem lamentacione plenam describam est enim
horendum dictu! at sperant qui cristiane religioni se sub
iectas profitent̄ deuꝫ omnia in melius vertere. Ne autē desim
ardenti tuo desiderio scribā ad te iaꝫ omnia! quoquo se pacto
habuerūt! saltē si ab hospitib⁹ meis/ad quos diuerteriꝫ vera
audiueriꝫ Equidē brage duplex fides erat. cristianoꝝ vna: he
reticoꝝ vero altera! qui specie sub vtraqꝫ cōmunicant. fuerunt

ı

in diuinis officijs: oracionibusqꝫ sacri eloquij prorsus diuisi atqꝫ eciam vtraqꝫ pars suas habuit ecclesias: suosqꝫ sacerdotes at paucis annis iam elapsis / multi conuertebant se ab hereti= ca prauitate ad fidem katholicaz / ipsi vero scismatici cum ani maduerterent / consilia inierunt / qualiter cristi fideles / ab hominum delerent consorcio. facta autez conspiracione / quā dam habent campanam vt arbitror in eo templo / quod teyn cognominant / pulsabant / vt fieret cōmunis populi congrega cio. eius vero pulsus significacio est / ut omnes propter fidez concurrant / siquando violenciam paciatur Facto igitur pul= su hereticorum concio omnibus armis: et in tribus quidem ciuitatibus sese congregauit Consules ex cristianis de pretorijs proicientes. postea quos nouerūt cristianos in domibus cap tiuabant: spoliabant: et turpissima morte necabant. alij decol lati: alij verberibus adeo vulnerati vt eos immatura nox vita priuabat Tuz monasteria: ceterasqꝫ ecclesias destruxerunt: de pulerūt ab opido sacerdotes nostros. postremo sedato paulispꝫ furore ipsoruz / siqui adhuc fuerunt fideles proscripserunt. rex quidem ante hac cum principibus quibusdam illustrioribus. fugiebat in morauiam / propter pestis intemperanciā. ad quē cum deferebatur brangesiuz in fideles violencia / tristi animo lamentabiliqꝫ / electoribus conquestus imperij implorans ip= sorum presidia / contra perfidos romane ecclesie hostes. Sed nihil maiestas sua consequebat̄. dietas habuit nōnullas cum bragensibus quando barones: ac reliquę bohemie ciuitates ad essent Tum res illa pacificata: rursus rex ipse in pragam in gressus. et prima die iteruz congregata vulgi inercia / vix quo rundam consilio nobilium sedari potuit / ne impetum in regez suosqꝫ faceret. regia maiestas perterrita / collegit omne sanctu arium curribus imposuit: contegensqꝫ retibus / quasi venan di delectacionem suscipere velit / cum sanctuario illo: ceterisqꝫ clinodijs: et preciosissimis quidem euasit. ita res pendet in du bio. nemo alteri fiduciam prestat. habes iam que de bohemis ipse in bohemia perceperim. vale.)

Notificat quendam ex studentibus esse interfectum

Iquando iocunda tue in me societati ex pressserim / feci revera vt hilariorem te facerem. ac eciam tempus ipsum tulerit Nunc autem tristiciam afferunt dies illi tristia scribere. et lamentacione digna euentus cogunt Tu nosti cristoferū N. lipzk vitā degentē qui librorum extiterat ligator pridie is gladio interfectus est Nosti personam eius / quoniam recens erat. potuisset certe ad magna perueniisse. sed societas eum: et quidez eorum qui studium non curabant seduxit. fata terminuz sibi dederunt vite sue. migrauit subito ex mortalium vita. meror est studentibus qui eum nouerunt. hec te scire volui. vale.)

Dicit se vulgarem epistolam pro qua rogatus erat in latinum transtulisse

Voluisti vulgarem epistolam in latinam transferrem. feci cupide. cum honestum sit negocium: tum quia propter summum in me amorem tuum! nihil esse debet quod te iubente inuitus aggrediar. feci quantuz potui vt in ipsis semper esset similitudo. tu eas bene prospice Nā si ita essent littere ille translate / ut quandā conciperes complacenciam gauderem vehementer. vale.)

Dicit quem quesierat non inuenisse

Nocte preterita quesitum te veneram. pulsabam clausum hostium! vt crepitaciones e ferro: tum eho ex angulis ac cauernis resonabant. misertus tui primum. credens tanta assiduitate laboribus te insudare. prestolabar paululum. quanto autez diucius moratus ego tanto minus aduentasti. proripui me inde subirascens / tam vane credulitati mee. cogitans vbinam te inuenirem. forte casu accidit quodam / vt priusquam domum exirem mulierem habui obuiantem. eaque cum percontabar te apud philorcium esse dicebat Neque ego tantis negare verbis potui te illic esse! quantis eadem institit. victus abiui. mirabar te his rebus tantopere incumbere. preteriui domum. N arnoldi. venit vero non sine beniuolencia quadam in mentē /

comodius esse me abire. ꝙ si intrarem interrogassent et inopi
natus respondissem / id vnum me fugere. in eas ipsas cogita-
ciones: sermonesq;. et quasi precipitacione prorumperet / ami
ca te vti familiariter. tum infamia dedecusq; proinde succreuis
se potuisset postea qm̄ scolas conscenderem / itidem animo
repetere cepi prius memorata. et acriore iudicio inuestigans.
incidit suspicio riualis suus hic est. ignoro tamē an probe opi
natus sum. que si illa quidem ita sunt magna coniuncti estis ne
cessitudine. at signū est profecto sapientis / et mīne curare. ex
ponereq; in partē meliorem! ne quis propter huiuscemodi iu-
uenculas inimiciciam contrahat! cum eo quem antehac sum-
mo persecutus est fauore. sed animaduerte. profuturum esset
non eiusdem frequencia femineis oblectacionibus adheresce-
res. et vigilancia prospiceres! quo pacto copiam dicendi: ac
summum eloquencie studium nancisc[e]rere. studium est / et ra
cionis: et officij. ꝙ cum feceris / nulla sequet̄ penitudo.)